Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Non cogitationes mee cogitationes vestre. neq; vie mee
vie vestre dicit dominus. qm sicut exaltantur celi a
terra. sic exaltate sunt vie mee a viis vestris. et cogitationes
mee a cogitationibus vestris. V. ij. Et quomodo de-
scendit imber et nix de celo et illuc vltra non revertitur. sed inebriat
terram et infundit eam et germinare eam facit. et dat semen
seminanti et panem comedenti. sic erit verbum meum quod egredietur
de ore meo. V. iij. Verbum quod egredietur de ore meo
ad me vacuum non revertetur. sed faciet quecumq; volui et prosperabitur
in his ad quod misi illud. qm in letitia egrediemini. et in pa-
ce deducemini. ad bn. ant. Ecce mitto angelum meum qui
precedet viam tuam ante faciem tuam. ad mag. ant. Syon re-
nova teipsum et videbis iustitiam tuam qui venturus est in te. Iste due ant.
dicuntur ad b. et mag. fer. iiij. Sed iste que sequuntur cantate sunt.
fer. v. ad bn. a. Super te vestrum orietur dominus et gloria eius in te videbitur
ad. mag. a. Vox clamantis in deserto parate viam domino rectas
facite semitas dei nostri. Fer. quarta lectio prima.
Montes et colles cantabunt coram vobis laudem
et omnia ligna silvarum regionis plaudent manu.
Pro salvatore ascendet abies. et pro urtica crescet iniperus. et
erit dominus nominatus in signum eternum qui non auferetur. Lec.
Hec dicit dominus. Custodite iudicium. et facite secundum
iustitiam. qm prope est salus mea ut veniat. et iusti-
cia mea ut reveletur. Lec. iij. Beatus vir qui facit
hoc et filius hominis qui apprehendit istud custodiens
sabbatum ne polluat illud. custodiens manus suas ne
faciat omne malum. et non dicat filius adventicius quia ad
hereditatem domino dicens. Quia forte dividet me dominus a populo suo. ad
b. et mag. fer. sup. ps. et sic incipiunt. Ecce mitto. Syon.